

Eine Wanderung auf den Uetliberg

Übersetzen Sie den Text in gutes Deutsch.

Im folgenden Gedicht beschreibt der Zürcher Theodor Ambühl, der 1535 geboren wurde, eine Exkursion auf den Uetliberg, welche er und seine Mitschüler unter der Führung ihres Lehrers Johannes Fabricius Montanus unternahmen. Zu Beginn des Gedichts schreibt Theodor Ambühl, dass er den Tag der Exkursion fast nicht erwarten kann.

- 1 Nox erat, et curis animalia cuncta solutis
Carpebant somni munera palliduli¹.
Solus ego longas vigilando demoror horas
Mecum sollicita talia mente querens:
- 5 Certum est Utliacos² montes ascendere, certum est
Utliacos² prima visere luce deas.
Ergo, Aurora, veni, pulcherrima sola dearum,
Tithoni croceum linque cubile, dea!
(...)
Est domus illustris Tiguri³ tua, Limage⁴, iuxta
- 10 Litora; vestales incoluere prius.
Nunc sacris studiis usu meliore dicata⁵
Hospitio Musas Fabriciumque fovet⁶.
Hanc peto; quo socii simulac convenimus omnes,

¹ pallidulus, -a, -um *ziemlich blass*

² Utliacus, -a, -um *des Uetlibergs*

³ Tigurum = Turicum

⁴ Limagus Fluss, der durch Zürich fließt

⁵ dicare *weihen*

⁶ fovere, foveo *unterstützen, beherbergen*

- Protinus Utliacas pergimus ire vias.
- 15 Paene sed ut ventum est ad summa cacumina montis,
 Fons ubi perspicuis limpidus⁷ exit aquis,
 Constitimus; Nymphas illic veneramur agrestes,
 Agrestes Nymphas nam locus ille tenet.
 Frigora dant rami, flores muscum⁸que virentem
- 20 Praebet humus, fons et dulcis abundat aqua.
 Progredimur, vires herbarum et nomina monstrat
 Fabricius (nostrae dux erat ille viae).
 Omnia miramur taciti, tum pectore ab imo
 Ex nobis aliquis talia voce refert:
- 25 «Sit tibi laus, aeterne Deus, pulcherrima mundi
 Machina⁹ mirandum te arguit esse Deum!»
 Venimus interea celsa¹⁰ ad fastigia montis,
 Cuncta ubi prospectu liberiore patent.
 «En Tigurum iacet hic - patria o carissima, salve,
- 30 Sospitet¹¹ aeternum teque tuosque Deus! –
 Hac in parte situm est Tugium¹² et praeclara Lucerna,
 Illic in gelida Suitia¹³ valle latet.
 Hi sunt Snellesii colles¹⁴, ubi candida villa
 Eminent et late vinea culta viret.»

(...)

⁷ limpidus, -a, -um *klar, hell*

⁸ muscus, -i m. *Moos*

⁹ machina, -ae f. *Werk*

¹⁰ celsus, -a, -um *hoch*

¹¹ sospitare *behüten, bewahren*

¹² Tugium *Zug*

¹³ Suitia *Schwyz*

¹⁴ Snellesi colles (poet. Plural) *der Schmelzberghügel*

- 35 Mox ego progredior velatus¹⁵ tempora¹⁶ ramis,
Ceu¹⁷ sacer ipse Maro talia deinde loquor:
«Extremum hunc, Arethusa, mihi concede laborem:
Carmina sunt Gallo pauca canenda meo.
Quae nemora aut qui vos saltus¹⁸ habuere, puellae,
40 Cum miser indigno Gallus amore perit?»
Caetera¹⁹ subiungo, quae subiungenda fuerunt.
Postremo nostros sic ego claudio iocos:
«Haec sat erit, socii, vestrum cecinisse sodalem²⁰,
Ite domum, Vesper iam venit, ite domum!»
45 Applaudunt socii, processit Vesper Olympo,
Protinus et nobis cena parata fuit.
Inde domum tecum petimus Tigurum³que, Fabrici.
Optarem tales te duce saepe vias!

¹⁵ velare *bekränzen*

¹⁶ tempus, -oris n. *Schläfe*

¹⁷ ceu *wie*

¹⁸ saltus, -us m. *Schlucht*

¹⁹ caetera = cetera

²⁰ sodalis, -is m. *Kamerad*

Beantworten Sie die Fragen.

1. Markieren und bezeichnen Sie im obigen Text je einen Chiasmus, eine Apostrophe und ein Hendiadyoin.

2. Was ist ein *locus amoenus* und wo wird dieser im Text beschrieben? Nennen Sie die entsprechenden Zeilen.

3. Was befindet sich heute auf dem Schmelzberghügel?

der Zoo das Dolder-Hotel die ETH

4. Auf welche Kirche wird in den Zeilen 9-10 angespielt?

das Fraumünster die Wasserkirche das Grossmünster